



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XIV. Eine Zolssbefreiung Marggraß Woldemarss u. s. w., darinne er dass Closter mitt allen Iren gütern, sonderlich Mollenstein vnd Saltze zolfrei zu handeln vnd wandeln priuilegiert vnd ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

digni. Datum Nien Brandemborch, Anno domini Millefimo Trecentesimo nono, feria tertia ante festum Apostolorum Philippi et Jacobi.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me supradictum Notarium Erasm. Seydell et concordat cum suo vero originali de verbo ad verbum, quod attestor hoc meo Chyrogapho.

XIV. Eine Zolfsbefreybung Marggraff Woldemarfs u. f. w., darinne er das Closter mitt allen Iren gütern, fonderlich Mollenstein vnd Saltze zolfrei zu handeln vnd wandeln priuilegieret vnd begiftiget.

Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, fidelibus suis consulis ciuitatum, Thelonariis aut officialibus vbilibet constitutis, quibuscunque presens litera exhibita fuerit, gratiam et salutem. Nolumus uos latere, quod fratribus Cysterficiensis ordinis in Cenobio Hemelporte deo famulantibus dimisimus et per presentes literas dimittimus Thelonium ita sane, quod ex nunc et in perpetuum Terram nostram circumquaque transire pro iporum commodo poterunt Absque omni Thelonii erogatione. Mandamus igitur uobis districtissime per hec scripta, quatenus de predictorum fratrum bonis quibuscunque etiam et precipue de molaribus et Sale, de cetero nullum Thelonium exigatis, Eo quod sepedictos fratres propter salutem animarum nostre et progenitorum nostrorum perpetuo ab omni Thelonio solutos esse uolumus et exemptos. Datum Spandouu, Anno domini M^o CCC^o septimo decimo, feria secunda infra octauam Paschatis.

Auscultata et collationata est hec presens copia cum suo vero originali sigillato et incorrupto per me sepedictum Notarium Erasmum Seidell; et concordat cum eodem de verbo ad verbum, quod attestor hac mea manu propria.

XV. Ein Vorfchreybung Marggraf Woldemarfs vber das Dorff Summerfelt, welchs er dem Closter himmelporten zueignet mit aller Zugeherung, freiheit vnd gerechtikeit, vnd macht auch darinne eine grenitz, Wie hirunten Zu ersehen.

In nomine Domini Amen. Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, presentibus publice recognoscimus, quod dedimus uiris religiosis Abbati et Conuentui Porteceli proprietatem uille Sommeruelde cum omnibus pertinentiis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus et lignis, quorum omnium terminos sic distinguimus et ordinamus: Inprimis a fossa molendini usque ad metam, que dicitur Lindthorft, a qua meta usque ad breuem aggerem, A quo usque ad flumen, A flumine usque ad longam arborem, que dicitur Lange Epe, que distinctio ad predictam uillam perpetue pertinebit. Predictam uillam donauimus dicto conuentui cum omni iure et libertate, sine seruitio et precaria qualibet possidendam, pro damno eis et Curis eorum in Guerra proxime preterita a nobis illato, non obstantibus illis bonis, que antea iisdem fratribus pro eodem damno contulimus et quibus tunc non satisfecimus, ut timemus, hac donatione nunc duximus adimplere. Testes igitur huius rei sunt: nobilis uir Guntherus, Comes de Keuernberch, Conradus de Redere, Haffo de Wedell, Redekinus, Marscalcus, milites, Sloteko, nostre curie Dapifer, Henricus, Decanus Stendalensis Ecclesie, alii plures